

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula I. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis &
maxime ad maxime

urn:nbn:de:bsz:31-102400

& imperfecto, bono & malo videbimus; reliqua apud ipsum legantur.

REGULA I.

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis & maximè ad maximè.

Vel:

Sicut se habet positivus ad positivum, ita comparativus ad comparativum, & su. perlativus ad superlativum,
& vice versa.

I. V. g. bonum est expetendum. E. magis bonum magis expetendum, & maximè bonum maximè expetendum est.

II. Antonius Trompeta apud Cajetanum de ente & essentia in proem. quest. I. pro sententia Scotti, quod nimirum id, quod primò ab intellectu cognoscitur, sit species specialissima, ita argumentamur:

Id universale prius cognoscitur ab intellectu, cuius singulare fortius moveret sensum.

Sed singulare specieis specialissima fore non moveret sensum.

E. species specialissima prius cognoscitur ab intellectu.

Major patet, quia cognitio nostra intellectualis

ex

ex sensibus oritur. Minorem probat: Singulare movet sensum. E. maximè singulare maximè movet sensum. Sed singulare speciei specialissimæ est maximè singulare. Consequentia probatur: ut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maximè ad maximè se haber.

III. Respondet Cajetanus, minorem esse falsam. Quod probationem ejus attinet, negat consequiam, propterea quod juxta Thomam illa Regula Topica: *ut habet simpliciter, &c.* cui innititur illa consequentia, non valeat, nisi cum prædicatum subiecto convenit per se & secundum quod ipsum. Jam singulare, (ait) ita non movet sensum, secundum quod est singulare: ut hic color non movet sensum secundum quod est hic, sed secundum quod est color. Quæ responsio vindicetur stabiliri hoc argumento: Quoddam dulce est album, ut lac; nec tamen magis dulce est magis album, nec dulcissimum albissimum: ubi album de dulci non secundum quod dulce, sed per accidens prædicatur. In exemplo autem §. I. proposito prædicatum, nempè expetendum, competit bono per se & quantum est bonum.

IV. Fonseca Lib. VII. Inst. cap. XXX. Regulam nostram ex Aristotele aliis proponit verbis, & sequentibus explicat: *Si incrementum prædicati sequitur incrementum subiecti, prædicatum sequetur subiectum; quod si incrementum non sequitur incrementum, nec prædicatum se-*

que.

queritur subjectum. Ut si major virtus est melior, aut maxima, optima virtus utique est bona. Est enim par ratio. Quod si major non esset melior, aut maxima optima, nec virtus omnino esset bona: sunt enim & hec paria. Reciprocatur etiam hoc pronunciatum in hunc modum: Si prædicatum sequitur subjectum, incrementum prædicati sequitur incrementum subjecti: quod si prædicatum non sequitur subjectum, nec incrementum sequetur incrementum. Quod quidem sic efferrit solet: Ut simpliciter ad simpliciter, sic magis ad magis, & maximum ad maximum se habet. Ut si facere iuriam est malum, majorem facere peius erit, & maximam pessimum.

V. Et paulo post ita pergit: Verum tam prænuntiatum ipsi, quam ejus reciprocatio, intelliguntur de iis, que prædicantur per se. Alioquin non sive quaque veritatem continent. Non enim rectè dixeris: major vini usus est peior, aut maximus pessimus. Igitur usus vini est malus. Nec item: Exercitatio corporis est bona. E. major est melior: & maxima optima. Causa est, quia ante majori usui vini per se competit, ut sit peior, nec maximo, ut sit pessimus, nec exercitatio corporis est per se bona, sed per accidens; alioquin omnis exercitatio corporis esset bona, & omnis vini usus, malus. Haec fons seca,

RE.

In qu
I.
ristote
liquat
tatem
qua m
maxi
nus c
lidum
E. da
nunci
relati
II.
li, da
& mi
quod
III.
cum e
per re
cendi
bus p
est, q
ab eâ
sam p
sitive